

**St. Ubald, Bishop of Gubbio in Central Italy, died at his post in 1160, after great devotion to his flock and with such a reputation for sanctity that he was canonized in less than thirty years after his death. He is remembered for his great power over the evil spirits.**

**INTROIT Ecclesiasticus 45: 30**

Státuit ei Dóminus testaméntum pacis, et príncipem fecit eum: ut sit illi sacerdotii dignitas in ætérnum. (T. P. Allelúja, allelúja.) (Ps 131: 1) Meménto, Dómine, David: et omnis mansuetúdinis ejus. Glória Patri et Filio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Státuit ei Dóminus testaméntum pacis, et príncipem fecit eum: ut sit illi sacerdotii dignitas in ætérnum. (T. P. Allelúja, allelúja.)

**COLLECT**

Auxílium tuum nobis, Dómine, quæsumus, placátus impénde: et, intercessióne beáti Ubáldi Confessóris tui atque Pontíficis, contra omnes diabóli nequítias dexteram super nos tuæ propitiátionis exténde. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**LESSON Ecclesiasticus 44: 16-27; 45: 3-20**

Ecce sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuít Deo, et invéntus est justus: et in témpore iracúndiæ factus est reconciliátio. Non est invéntus símilis illi, qui conservávit legem Excélsi. Ideo jurejurádo fecit illum Dóminus créscere in plebem suam. Benedictiónem ómnium géntium dedit illi, et testaméntum suum confirmávit super caput ejus. Agnóvit eum in benedictiónibus suis: conservávit illi miserícórdiam suam: et invenit grátiam coram óculis Dómini. Magnificávit eum in conspéctu regum: et dedit illi coronám glóriæ. Státuit illi testaméntum ætérnum, et dedit illi sacerdotium magnum: et beatificávit illum in glória. Fungi sacerdotio, et habére laudem in nómine ipsius, et offerre illi incénsum dignum in odórem suavitatís.

*(During Eastertide the Gradual and Lesser Alleluia, and the Greater Alleluia is said instead)*

**GRADUAL Ecclesiasticus 44: 16**

Ecce sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuít Deo. (Ecclus 44: 20) Non est invéntus símilis illi, qui conserváret legem Excélsi.

**LESSER ALLELUIA Psalms 109: 4**

Allelúja, allelúja. Tu es sacérdos in ætérnum, secúndum órđinem Melchisedech. Allelúja.

**GREATER ALLELUIA**

Allelúja, allelúja. (Ps 109: 4) Tu es sacérdos in ætérnum, secúndum órđinem Melchisedech. Allelúja. Hic est sacérdos, quem coronávit Dóminus. Allelúja.

**GOSPEL Matthew 25: 14-23**

In illo témpore: Dixit Jesus discíplis suis parábolam hanc: Homo péregre proficíscens vocávit servos suos, et trádidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talénta, álíi autem duo, álíi vero unum, unicuúque secúndum própriam virtútem, et proféctus est statim. Abiit autem, qui quinque talénta accéperat, et operátus est in eis, et lucrátus est ália quinque. Simíliter et, qui duo accéperat, lucrátus est ália duo. Qui autem unum accéperat, ábiens fodit in terram, et abscondit pecúniám dómini sui. Post multum vero témporis venit dóminus servórum illórum, et pósuit ratiónem cum eis. Et accédens qui quinque talénta accéperat, óbtulit ália quinque talénta, dicens: Dómine, quinque talénta tradidísti mihi, ecce, ália quinque superlucrátus sum. Ait illi dóminus ejus: Euge, serve bone et fidélis, quia super pauca fuísti fidélis, super multa te constituam: intra in gáudium dómini tui. Accéssit autem et qui duo talénta accéperat, et ait: Dómine, duo talénta tradidísti mihi, ecce, ália duo lucrátus sum. Ait illi dóminus ejus: Euge, serve bone et fidélis, quia super pauca fuísti fidélis, super multa te constituam: intra in gáudium dómini tui.

**OFFERTORY Psalms 88: 21-22**

Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliábitur ei, et bráchium meum confortábit eum. (T. P. Allelúja.)

**SECRET**

Sancti tui, quæsumus, Dómine, nos úbique lætificent: ut, dum eórum mérita recólimus, patrocínia sentiámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

*(In Eastertide)*

**PREFACE OF EASTER SEASON**

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, Te quidem, Dómine, omni témpore, sed in hoc potíssimum, gloriósius prædicáre, cum Pascha nostrum immolátus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui ábstulit peccáta mundi. Qui mortem nostram moriéndo destrúxit, et vitam resurgéndo reparávit. Et ideo cum Ángelis et Dóminatióibus, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus sine fine dicéntes:

*(In Ascensiontide)*

**PREFACE OF THE ASCENSION**

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: per Christum, Dóminum nostrum. Qui post resurrectionem suam ómnibus discíplis suis maniféstus appáruit, et ipsis cernéntibus est elevátus in cælum, ut nos divinitátis suæ tribúeret esse participes. Et ideo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dóminatióibus cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes:

**COMMUNION Luke 12: 42**

Fidélis servus et prudens, quem constituít dóminus super familiam suam: ut det illis in témpore trítici mensúram. (T. P. Allelúja.)

**POSTCOMMUNION**

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut, dea déntis munéribus grátias exhibéntes, intercedénte beáto Ubáldo Confessóre tuo atque Pontífice, beneficia potióra sumámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

The Lord made to him a covenant of peace, and made him a prince; that the dignity of priesthood should be to him forever. (P. T. Alleluia, alleluia.) (Ps. 131: 1) O Lord, remember David: and all his meekness. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The Lord made to him a covenant of peace, and made him a prince; that the dignity of priesthood should be to him forever. (P. T. Alleluia, alleluia.)

Be pleased to bestow upon us Thine assistance, we beseech Thee, O Lord, and, by the intercession of blessed Ubald, Thy confessor and bishop, stretch forth over us the right hand of Thy mercy against all the craft of the devil. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Behold a great priest, who in his days pleased God, and was found just; and in the time of wrath was made a reconciliation. There was not any found like to him, who kept the law of the Most High. Therefore by an oath the Lord made him increase among his people. He gave him the blessing of all nations, and confirmed His covenant upon his head. He acknowledged him in His blessings: He preserved for him His mercy: and he found grace before the eyes of the Lord. He glorified him in the sight of kings, and gave him a crown of glory. He made an everlasting covenant with him; and gave him a great priesthood; and made him blessed in glory. To execute the office of the priesthood and to have praise in his name, and to offer to him worthy incense for an odor of sweetness.

*(During Eastertide the Gradual and Lesser Alleluia, and the Greater Alleluia is said instead)*

Behold a great priest, who in his days pleased God. (Ecclus 44: 20) There was not any found like to him, who kept the law of the Most High.

Alleluia, alleluia. Thou art a priest according to the order of Melchisedech. Alleluia.

Alleluia, alleluia. (Ps 109: 4) Thou art a priest according to the order of Melchisedech. Alleluia. This is the priest whom the Lord hath crowned. Alleluia.

At that time, Jesus spoke this parable to His disciples: A man going into a far country called his servants, and delivered to them his goods. And to one he gave five talents, and to another two, and to another one, to every one according to his proper ability: and immediately he took his journey. And he that had received the five talents, went his way, and traded with the same, and gained other five. And in like manner he that had received the two, gained other two. But he that had received the one, going his way digged into the earth, and hid his lord's money. But after a long time the lord of those servants came, and reckoned with them. And he that had received the five talents coming, brought other five talents, saying: Lord, thou didst deliver to me five talents, behold I have gained other five over and above. His lord said to him: Well done, good and faithful servant, because thou hast been faithful over a few things, I will place thee over many things: enter thou into the joy of thy lord. And he also that had received the two talents came and said: Lord, thou deliveredst two talents to me: behold I have gained other two. His lord said to him: Well done, good and faithful servant: because thou hast been faithful over a few things, I will place thee over many things: enter thou into the joy of thy lord.

I have found David My servant, with My holy oil I have anointed him: for My hand shall help him, and My arm shall strengthen him. (P.T. Alleluia.)

May Thy saints, we beseech Thee, O Lord, everywhere make us joyful, that, while we venerate their merits, we may experience their patronage. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, certainly at all times to proclaim Thee, O Lord, but above all in this time more gloriously, when Christ our Pasch was sacrificed. For He is the true Lamb Who hath taken away the sins of the world: Who by dying hath destroyed our death: and by rising again hath restored us to life. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times, and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God, through Christ our Lord. Who, after His Resurrection, appeared openly to all His disciples, and, while they looked on, was taken up into heaven, that He might grant unto us to be sharers in His own divinity. And therefore with the Angels and Archangels, with the Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

This is the faithful and wise steward, whom his lord setteth over his family: to give them their measure of wheat in due season. (P. T. Alleluia)

Grant, we beseech Thee, almighty God, that as we thank You for the favors we have received, we may, by the intercession of blessed Ubald, Thy Confessor and Bishop, obtain still greater blessings. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.